

7047 Taurinis in casa del sig. Alessandro Vignati monsignor di San Gillo, che si fa della stirpe delli Signori di Lodi, donatagli da Monsignor de Pingoni FERRARIUS. 'Dedi domino Thesauro' PINGONIUS ms.; in aedibus Antonini Thesauri praesidis IDEM ed. *Au jardin du chateau* GUICH. 1, 61. In museo ARIOSTUS 1723 et POSTERIORES.

HAVE VITALIS
L · TETTIENVS · VITALIS · NATVS · AQVILEIE
EDOCATVS IVLIA · EMONA · TITVLVM · POSIT sic
ANTE AETERNAM · DOMVM · IVLIA
5 AVGVSTA · TAVRINORVM · DICIT
QVAERERE CESSAVI NVMQVAM
NEC PERDERE DESI MORS INTERVENIT
NVNC AB VTROQVE VACO
CREDITE MORTALES ASTRO NATO
10 NIHIL EST SPERABILE DATVM

Descripti. Ferrarius apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 341; Pingonius ms. f. 128, ed. p. 95 (inde Ligorius ms.; Grut. 860, 5); Ariostus n. 38; Bagnolo *gente Curzia* (1741) p. 84; Rivautella et Ricolvi marm. Taur. 2, 58; Maffei M. V. 225, 7; Orelli 71 a prioribus; Promis p. 71 n. 2.

7048 Taurinis in templo S. Salvatoris.

V · F
P · AEBVTIVS · C · F
ET · C · AEBVTIVS · SABINVS
FRATRES · SIBI · ET
5 C · AEBVTIO · C · F · RVFO
PATRI

Servavit Machaneus 1508 in comm. ad Victorem vir. ill. c. 42. Inde Grut. 844, 5 ex Verderianis; ex Grutero Guichenon 1, 60.

Sic Machanei ed. princeps, nisi quod ALBVT- pro AEBVT-, neque aliter Grut.

7049 Reani.

C · AEBVTIVS
STATI · F
BISAGIVS

Zaccaria exc. 1, 52 ex Rivautellianis. Inde Donat. 406, 13 neque aliunde Gazzera *Bull. dell' inst.* 1832 p. 35.

7050 Taurinis in fundamentis citadelle PINGONIUS (cod.; certe haec indicatio praecedat). In aedibus Antonini Thesauri PINGONIUS (ed.; certe haec indicatio praecedat).

Q · AEBVTIVS
CILONIE
POMPEIA · VEL · C
ENA · Q · F

Pingonius cod. f. 128, ed. p. 112 (inde Grut. 854, 5; Promis p. 151 n. 31).

2 sic cod., CILONIS · F ed.

V

7051 Taurinis in aedibus Pingonianis.

T · AEBVTIVS · T · L
GLAVCVS
L · AEBVTIVS · L · F
SCAVRVS

Pingonius p. 98 (inde Grut. 930, 3).

3 AEBVTIVS traditur.

7052 Taurinis in casa delli Ajaci FERR.; in aedibus Hier. Agathiae PINGON. In museo imminuta ARIOST. et POSTERIORES.

A · AEBVTIVS
CORDI · LIB · MARIVS
SIBI · ET · MESTRIAE
FOR · TVNATAE
5 VXORI · T · F · I

Descripti quod superest. Integram habent Ferrarius apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 346 et Pingonius p. 107 (inde Grut. 959, 3); partem posteriorem Ariostus n. 34; Rivautella et Ricolvi marm. Taur. 2, 72.

1 in. a om. Ferr. — 2 MARIVS lapis hodie, MAINVS Ping., MARIN Ferr.

7053 Taurinis nel campanile e torre di S. Dalmatio a l'alto, che a pena si può leggere FERR. in turri templi Antoniani S. Dalmatii PINGON. In hortis palatii GUICH. GUD. Pars superior extat in museo.

ST · AEBVTIVS
S E C V N D V S
SIBI · ET
ST · AEBVTIO
5 OPTATO · PATRON
ST · AEBVTIO · SECVN · DIN
FILIO
ROTANIAE · AMABILI
ATTIAE · VALENTINAE
10 VXORI
T · F · I

Contuli quod superest. Dant plenam Guichenon 1, 75 ex lapide et Gud. ms. 800, 2, ed. 340, 2. Partem superiorem Ferrarius apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 344; Pingonius p. 115 (inde Ligorius ms.; Mattius opin. 1598 p. 97; Grut. 930, 4); Scaliger cod. Papenbr. p. 81 a P. Olivario senatore Aquensi; Ariostus n. 52; Rivautella et Ricolvi marm. Taur. 2, 61; Maffei M. V. 221, 3; item confusam cum n. 7520 Isidorus Bianchi in epistula ad Lamium 17 Sept. 1763 (epp. ad Lamium bibl. Riccard. vol. 13; inde Nov. Flor. 1765, 694; Donat. 466, 1).

Versus non recte dividit Guich. legitque 6 SECVNDINO. — Quae dantur inclinatis, servarunt Guichenon et Gudius.

7054 Collegni nuper rep. in fundamentis ecclesiae S. Maximi DURANDI 1769. In aedibus parochi CASALIS.

leo caput Medusae leo
AEBVTIAE · C · F
BOVNI
Q · ATTIVS · M · F
SEX · ATTIVS · M · F
5 NIGER
V · MATRI · POSIERVNT
leo leo

Durandi Pedona p. 112; Casalis *diz.* 5 (1839), 344.

1 F om. Dur. — 6 POSIERVNT Cas. — Anaglypha describit Dur.

7055 Taurinis in aedibus Francisci Boyvini baronis Villarii PING.

V · F
AEBVTIA · M · F · TERTVLLA · SEX
POMPEIO · BASSO · VIRO · VENNO
NIAE · SECVNDAE · COCERAE
5 POMPEIAE · SATVRNINAE · F · ANN · XXV
SEX · POMPEIO · CLEMENTI · ANN · XXX
PVPINIAE · FIRMAE · AVCTAE

Pingonius p. 112 (inde Grut. 750, 9).

1 AEBVTIAE · M · F · TERTVLLIA, 2 PASSO — VINNONIAE, 3 COCERAE traduntur.

7056 Taurinis in parietibus Scipionis Charae MACHAN. *Murato alto nella cantonata della casa del collateral di Revignasco, che è vicina a quella di Monsignor di San Gillo* FERR. 'In angulo domus collateralis Cara', deinde substituens: 'translatum domum meam' PINGONIUS (ms.); in fronte alterius portae domus Pingoniana IDEM (ed.).

(ANNIO
M · F
SENECAE

Machaneus 1508 ad Victorem vir. ill. c. 42; Ferrarius apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 341; Pingonius ms. f. 128, ed. p. 98 (inde Grut. 901, 13; Promis p. 494 n. 271; cf. Catavign. p. 77 seq.)

1 sic Pingon. ms., ANNIO (hiatu non notato) Ping. ed., ANNEO Mach., ANIO Ferr. — 3 SENECAE Mach.

100